



Theses juridicae inaugurales

<https://hdl.handle.net/1874/292747>

THESES
JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

BERNARDI TER HAAR,

THEOL. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

FERDINANDUS HOOFT GRAAFLAND,

ex urbe Gorinchem.

A. D. XIX. M. MARTII A. MDCCCLX, HORA II.



Trajecti ad Rhenum,

APUD J. DE KRUYFF.

MDCCCLX.

THESES

MEDICINAE IN ACADEMIA

UNIVERSITATIS BRUNNENSIS

PROBATAE

BRUNNENSIS

ANNO 1872

DE

REACTIO

PHYSIOLOGICA

IN

REACTIO

PHYSIOLOGICA

IN

REACTIO

PHYSIOLOGICA

IN

REACTIO

PHYSIOLOGICA

TYPIS MANDAVERUNT L. E. BOSCH ET FILIUS.

THESES.

I.

Jure Romano conditio religionis mutandae et conditio religionis non mutandae semper non valere habenda est.

II.

Causa obligationis quasi ex contractu heredis erga legatarios et fideicommissarios non tantum in additione hereditatis est.

III.

Justinianus in lege 4 C. de mortis caus. donat. non novam exclusivamque formam omnibus mortis causa donationibus dedit.

IV.

Contra praescriptionem triginta vel plurium annorum non datur restitutio.

V.

Si quis ex aliena materie novam speciem sibi fecerit, quae ad priorem formam reduci non possit, novae speciei fit dominus sive bona sive mala fide egerit.

VI.

Liberi naturales testamento holographico recte agnoscuntur.

VII.

Art. 308 C. C. minus recte interpretatur ut cl.
OPZOOMER.

VIII.

Modis acquirendi domini, in art. 639 C. C.,
etiam adnumeranda est universalis bonorum inter
conjuges communio.

IX.

Tutor qui pupilli nomine transactionem fecit, quae
ideo quod non secundum legis praeceptum inita est
sententia judicis rescinditur, non tamen, pupillo ma-
jore facto, illi quocum transegit in id quod interest,
condemnabitur.

X.

Contractus assecurationis et debitum praemium ju-
rejurando delato, recte probantur. Non obstat art.
258 C. M.

XI.

Jus, articulo 177 C. M. datum, praeterito die, quo solvendae sunt litterae cambiales, non perit. Ex art. 108 ejusdem codicis etiam tunc manet, quum non utili tempore, i. e. post praeteritum solutionis diem, protestatio facta est.

XII.

Si in cognoscimento quod ad naulum (vracht) aliud quid scriptum est quam in charta partita, consignatus charta partita tenetur.

XIII.

Mercatores commune negotium facientes tertiis non obligantur in solidum.

XIV.

Judex qui, secundum praeceptum art. 156 Cod. de Meth. proc. in caus. civ. ex officio se incompetentem esse dixerit, actorem in litis impensas condemnare debet.

XV.

Reo absoluto in causa fraudati vectigalis municipium
litis impensas ferre debet.

XVI.

Art. 272 legis municipalis (28 Junii 1851. Stbl.
no. 85) poenas non sancivit in eos, qui praescriptas
formas observare neglexerunt, verum in eos, qui
debitum vectigal solvere declinarunt vel omiserunt.

XVII.

Minus probanda videtur constitutio art. 448 C.
Quaest. Crim.

XVIII.

Personae quae jusjurandum praestare prohibentur,
si in judicio false declarant, puniri possunt ob crimen
falsi testimonii.

XIX.

Crimen desertae militiae non praescribitur.

XX.

Optandum est, ut foederibus et pactis inter gentes, sanctitas rerum et personarum in navibus mercatorum tempore belli agnoscatur, exceptis iis mercibus, quae vetitae «contrabande» dicuntur.

XXI.

De afkoopbaarheid der tienden is wenschelijk.

XXII.

Of het exploiteren van spoorwegen door den Staat of door particulieren den voorrang verdient, is eene vraag, die niet volstrekt kan worden beantwoord, maar van omstandigheden afhankelijk is.
